

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 3: De eucharistia (6)

Hieronymus, in *Epistola*:

Utinam omni tempore jejunare
possemus, quod in *Actibus Apostolorum*
diebus Pentecostes et die Dominico
apostolum Paulum, et cum eo credentes
fecisse legimus;

Eucharistiam quoque, absque
condemnatione nostri et pungente
conscientia, semper possemus accipere!

atque

utinam omni tempore ieunare
possimus, quod in Actibus apostolorum
diebus pentecostes et die dominico
apostolum Paulum et cum eo credentes
fecisse legimus

– nec tamen Manicheae hereseos
accusandi sunt, cum carnalis cibus
praeferri non debuerit spirituali –,
eucharistiam quoque absque
condemnatione nostri et pungente
conscientia semper accipere
et psalmistam audire dicentem: gustate
et uidete, quam suavis est dominus, et
cum eo canere: eructauit cor meum
uerbum bonum!

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,
71.6.2 (CSEL 55, I. Hilberg ed., pp.6-7,
ll.21-24, 1-4).